

aiuto agli amici, e ricorrere ad essi per consigli; lo Zabarella in quella vece dà assai consigli, ma per l'aiuto trovasi al verde.

Il V. vorrebbe fuggire l'inedia, recandosi da lui; ed ecco, lo si consiglia di mangiar tanto da poter a lungo digiunare, dietro l'esempio di Becafumo, che imitò a modo suo Filosseno ὁ Ἐφύλλος.

Ma egli ormai ha consumato quasi tutto, nè gli sta bene in tempo di moria, caricarsi lo stomaco.

Però, per venir a quel che ora preme, non potendo aiutar l'amico, gli darà in contraccambio un consiglio efficace:

chieda dunque lo Zabarella un sussidio al papa;

chè, in quanto a sè, è deciso di non venir da lui, finchè le circostanze non si cambino.

Ha inteso che il Goslawicki è tornato a Roma; lo saluti lo Zabarella, a nome suo.

Carlo Zeno s'è riparato a Capo-

promotione auxiliorum inops effectus, nunc primum incipis undequaque consiliis abundare, consiliis, inquam, aridis et in quibus nullus sit fructus. nam, cum peto ad te venire ut fugiam presentem inopiam, tu me iubes tantum hic comedere ut possim apud te diu impastus durare et longam inediam pati; quodque ad eam rem attinet, non inepte de pre Bechafumo subicis, qui diversa quadam ratione simile studebat quod ille qui habere se collum longum ut gruem^(a) cupiebat, quo diuturnior esset apud eum gustus sensusque ciborum⁽ⁱ⁾. verum, consumptis iam pene rebus, non est hic multum quod non cito facileque vorari possit, et ego, ob suspectam aeris intemperiem et vicinorum locorum infectionem incolumitati studens, curo ut laxiore sim ventre. de eo vero quod te urget, compati quidem possum, aut, quod ago, tecum iocari, auxiliari autem non est copia^(b). verum, ut pro consilio consilium reddam, non quale tuum sed pro arido virens et efficax, ita de te sentio: si tam diligens fueris petere, capere, rapere, quam olim eras dare, facile obtinebis ut non egeas. ac ne forsitan videar inhonesta suadere, apud eum te iubeo importunum esse atque etiam, si opus est, violentum, qui dare plurima solus potest, quique quo plura dat eo semper magis abundat. de me vero sic statuo, quoniam incussisti michi metum inediae, non venio nisi vel tu abundes vel ego non egeam.

Dominum Andream, prepositum Vladislaviensem^(c) ⁽²⁾, audio Romam venisse. virum illum, ut nosti, integrum atque omni suavitate plenum, quem scio cupide^(d) per te vidisti, meo etiam nomine, precor^(e), amplectare^(f). Karolus^(g) Zeno ob pestilentem

(a) *G* longum ut gravem (b) *B P G Ra* non est inopia (c) *B* propositum Mladislaviensem *B³* Vladislaviensem *Ra* Vramusie (*sic*). (d) *Ra* plenum, quem tota urbs Arimfai tollit et quem *P om.* cupide (e) *B G om.* precor (f) *P Ra* amplectere (g) In *B³* le parole vir illustris sono state aggiunte nel margine, quasi dovessero precedere Carolus

(1) Cf. la lettera scritta dal Salutati (nel 1383?) a Donato degli Albanzani (*Epistolario* cit., vol. II, p. 70): « certe » omnis gustus nostri suavis trium digitorum latitudine terminatur; unde « non immerito Philoxenus Eryxius refertur orasse deos guttur suum longius gruis fieri; vere digna professione » petitio ». Il V. ha probabilmente at-

tinto ad ARISTOT., *Eth. Nicom.*, 1118a, 30 (ὁδὸν καὶ ἡδυστάτος τις ὑποψάγος ὢν, τὸν φάρυγγα αὐτῷ μακρότερον γαστρὸς γενέσθαι, ὥς ἡδόμενος τῇ ἀφῆ) anziché ad *Eth. Eudem.*, 1231a, 12, giacché quivi si legge il nome di Filosseno. Cf. ATHENAEI *Deipnosoph.* I, x, 6b, testo però al V. certamente sconosciuto. (2) Per costui ved. l'epist. CVI.